



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per  
Aphorismos Strictim Explicatum**

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Amstelodami, 1663**

Libelli oblatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10591**

poteſt enim domino & nocere & prodeſſe. c. 2. de confeff. in 6. non tamen poſt revocationem.

Revocari ante litem confeſtatam ſemper poſteſt: poſt, cum jam dominus litis factus, non, niſi volens; ſiquidem iuſta cauſa revocationem non ſuadeat.

Iuſta cauſa eſt, ſi procurator ſit ſuſpectus, affinis, heres adverſarii; valetudine aut alia re impediatur. c. quamvis. 2. hic. in 6.

Revocatio Iudici vel Adverſario iuſinuari debet; alioqui, ſi eam hiignorant, quae geſta, rata habentur. c. man-dato. 13. c. in noſtra. 4. hic. ubi Dd.

Post conclusionem in cauſa ſi appareat procuratorem revocatum, nihilominus fertur ſententia. c. auditus. 3. eod.

### *De libelli oblatione.*

#### T I T. X.

**S**ive per ſe, ſive per procuratorem compareat Reuſ; Actor Reo, quid petat, coram Iudice exponere debet.

Quod facere poſteſt in cauſis ſummariiſ, & aliis non-nullis, quas enarrat Speculator de libell. concept. §. in quibus. verbo tantum, fine ſcriptura, per ſe, vel per Ad- vocatum. c. pastoralis. 14. de judic. Lanfr. in Clem. ſape. de verb. signif. ad verbum libellus. factum & queſtionem proponendo; in plenariis cauſis ſcripturā, quae libellus dicitur. c. 1. hic.

Et libellus, brevis ſcriptura, claram actoris petitionem, ſeu intentionem conținens, contra reuim neceſſariò con- cludens. c. fin. hic.

Et vel conventionalis ſeu poſtulatorius; qui in Civilibus negotiis; c. 1. & fin. hic. vel accuſatorius, ſeu querimonia- lis, qui in Criminalibus datur. c. 5. per ſcripta. §. libellorum. 2. qu. 8. c. 9. legum. 2. qu. 1.

Hic, ſive crimen publicum proſequatur, ſive priva- tum

tum ; sive civiliter, sive criminaliter agatur : continere debet diem & annum ; nomen & cognomen accusantis & accusati, & Iudicis, coram quo accusatio fit ; crimen, & tempus, quo commissum fuit ; cum inscriptione interdum. c. tua fraternitati. 5. de procurat. d. c. 5. perscripta. §. libellorum. 2. qu. 8.

*Libellus conventionalis* eadem fere continere debet : Nempe non solum agentis & conventi nomen, sed & jus dicentis, & petitæ rei, c. 2. hic. & actionis qualitatem (nomen ut exprimatur non necesse. c. dilecti. 6. ubi Dd. de judic.) ; &, si personali actione agatur, petendi causam. c. fin. eod.

Quæ requiruntur & Rei & Iudicis gratia : Rei ; ut deliberare possit, contendere, an cedere debeat, d. c. fin. c. pervenit. 5. de censib. cui propterea certæ indulgentur induciae, can. inducia. 4. §. offeratur. 3. qu. 5. Iudicis ; ut sciat, qualiter debeat formare sententiam ; Ea enim secundum petitionis formam ferenda est. c. qualiter. 24. §. debet. de accusation. c. examinata. 15. de judic. Clem. sape. §. verum quia. verb. pronunciatio. de verb. sign. ubi Gloss. Bald. in l. 1. C. si plures una sent. cond. &c. Ias. in l. 22. cum seq. ff. si cert. pet.

Utrique proinde ab Actore libellus offerri debet, & quidem ultrò. c. 1. hic. Specul. d. tit. §. restat videre. num. 1. & §. utrum. num. 4.

Eo nullo existente, processus nullus redditur : d. c. examinata. 15. ubi Felin. de judic. d. c. 1. ubi Can. hic. rectè si conceptus, & Reo oblatus, si is respondeat, vel partem negaverit, partem autem defendendo confiteatur, lis censetur contestata. c. un. de lit. cont. c. dudum. 54. de elect. c. prout nobis. 4. de dolo & cont.